Quelle: https://manuscripta.at/?ID=8250
Copyright: Salzburg, Universitätsbibliothek



exo

aminadab · soror nahason q̄
peperit ei nadab · zabun · eleazar · et
ithamar · filii quoꝝ chore · alter · thel
china · et abiasab · hec sunt cōgna
tiones choritharum · at nō eleazar
filius aaron sacerdos · accepit uxo
rem de filiabus phutiphel · q̄ peperit
ei finees · hii sunt principes familia
rum leuitarum · p cōgnationes suas
hii sunt filii qui⁹ precepit moyses ·
ut educerent filios isr̄ de terra egypti ·
p turmas suas · hii sunt qui locuti
ad pharaonem regem egypti · ut edu
cerent filios isr̄ de egypto · ipse e mo
yses · et aaron · in die qua locutus est
moysi dominus in terra egypti · ipse
locutus est dominus ad moysen
dicens · ego dominus · loqre ad
pharaonem regem egypti · omnia q̄
loquor tibi · at moyses coram
domino · ait · incircumcisus labiis sum ·
quomō audiet me pharao ·

Dixit q̄ dominus · VII
ad moysen · ecce cōstitui
te deum pharaonis · et aa
ron frater tuus erit pphta tuus · tu
loqueris ad aaron · omnia q̄ mādo
tibi · ipse quoq; loquetur ad pharaonē
ut dimittat filios isr̄ de terra sua ·
sed ego indurabo cor eius · et multi
plicabo signa · et ostenta mea in terra
egypti · et nō audiet vos · inmittā
q̄ manum meam sup egyptum · et
educam exercitum meum · et populū
meum filios isr̄ de terra egypti per
iudicia maxima · et scient egyptii
quod ego sum dominus · qui extendā
manū meam sup egyptum · et
educam filios isr̄ de medio eorū ·
fecit itaq; moyses · et aaron sicut
precepit eis dominus · ita egerunt ·
ille autē moyses · lxxx annorū · et
aaron · lxxxiii · annorū quādo locuti sūt
ad pharaonem · Dixit q̄ dominus ad
moysen · et aaron · Cum dixerit vob
pharao · ostendite nobis signa · dices
ad aaron · Tolle virgam tuam · et pro
ice eam coram pharaone · ac fiet in
colubrum · Ingressi itaq; moyses et
aaron ad pharaonem · fecerunt sicut
precepit dominus · Tulit q̄ aaron
virgam coram pharaone · et seruis
eius · que facta est in colubrum · Vocā
uit autē pharao sapientes · et male
ficos · et fecerunt etiam ipi · pmutā
tiones egyptiacas · et archana simili-
ter quedam similiter · Proiecerūt
q̄ singuli virgas suas · que uerse
sunt in dracones · sed deuorauit vir-
ga aaron · virgas eorum · Induratū
q̄ est cor pharaonis · et nō audiuit
eos · sicut precepat dominus · Dixit
autē dominus ad moysen · Ingra
uatum est cor pharaonis · nō uult di
mittere plm meum · vade ad eū
mane · ecce egredietur ad aquas ·
et stabis in occursum eius sup ripā
fluminis · et virgam que cōuersa est in
draconem · tolles manu tua · et dices
ad eum · Dominus deus hebreoꝝ
misit me ad te · ut dicam tibi · hec
dicit dominus · Dimitte plm me
um · ut sacrificet mihi in deserto · et
usq; ad presens audire noluisti · hec
igitur dicit dominus · In hoc scies
quod dominus sum · Ego percutiā
virga que in manu mea e aquam
fluminis · et uertetur in sanguinem ·
pisces quoq; qui sunt in flumine
morientur · et computrescent aque ·